

Multi fuerunt apud maiores nostros (auditores clementissimi) qui cum aliquod crimen falso obiectum cuiquam esset, aut hominem purgandum a vitio, aut defendere suscepissent, prestantiusq; opus putabant hominem innocentem defendere, quam vitiosum oppugnare. Quo magis ^{igitur} mihi elaborandum est in hac parte defensionis, cum non hominem aliquibus vitijs contaminatum, non quidem fragile, & caducum, sed artem, scientiam, & cognitionem nobilissimam, omniumq; aliarum prope certissimam, defendendam suscipiam, oppugnatam quidem, sed non uictam. multis firmis ^{uallidissim} ~~certissim~~ argumentis aduersari-
orum. Scientia autem, & ars, de qua hoc tempore disseremus, est Astronomia. Sunt enim qui tenent eam neq; utilem esse corpori, neque animo, neq; Reipub.^{licae}, que quidem sententia multo uituperio haud immerito affici debet. Nam quid turpius esse potest, quam eam dicere cognitionem quam omnes ab instinetu diuino motu, appetunt, & audent, ad nihil utile necessari-
um^{us} esse. Prudentia enim que a deo fonte omnis boni oritur diuiditur in cognitionem rerum naturalium, rerum de ad sermonem pertinentium ut ars Rhetoricæ, Rhetorica & Dialectica, atq; rerum moralium que ad ad mores priuatorum & ad rectionem Reipub.^{licae} perti-
nent. Quid uero magis naturale quam cognitio elementorum coeli, astrorum, stellarum, planetarum, p quorum cursus, nostra corpora & non solum nostra, sed etiam omnium bestiarum eis subiectarum, omnium herbarum, florum, arborum, frugum, uinorum, caeterorumq; omnium gubernantur & reguntur. Cum itaque sit pars prudentiae, que a deo procedens, omnia secū-
dum rectam rationem, facit & constituit, res naturales

investigare, cumq; quasi instinctu diuino prouocemur.
ad inquisitionem omnium rerum, (ratio enim hoc
in nobis efficit) necessario sequitur Astronomiam utilem
admodum esse humano generi, quia deus non solum
omnia membra corporis, sed etiam omnes scientias, atq;
quas hominib; reuelauit, ~~ad~~ ^{ad} aliquam necessitatem, sine
summam utilitatem instituit. Atque is qui res satis
perfecte, & exquisitè ante præcipueq; in hac arte existe-
tes contemplari uelit, inueniet eam non inuentam
fuisse sine mira diligentia, cognitionis max. cupiditate,
& quodam singulari instinctu & inflatu diuino. Nullū
enim ingenium humanum est ita perfectum, ut p. se
tam diuinarum & cælestium rerum ~~eo~~ cognitionem
inuenire possit; & præsertim cum eos uideamus
ardue ea intelligere que liber demonstrat; atq; præ-
ceptor doceat. Perpendamus ideo perfectè & deliberate
quis homines eam ~~in~~ artem inuenierint uidelicet
filius Adam ^{em} ~~Sapientissimus~~ ^{Sapientissimus} et ~~factus~~ ^{pius} qui ~~pius~~ ^{pius} & honestus
admodum ^{fuit} fuerunt, eos etiam qui eam magna
perfectione locupletauerunt, uidelicet Aegyptiis, Israelitibus,
uiri sane doctissimi, eruditissimi, sapientissimi, omnib; gen-
re cognitionis & uirtutis præditi. Putamus autem
tantos, tam insignes, sapientesque uiros quales
illi fuerant, non solum tantum laborem in res nihil
insumere uoluisse ^{sed etiam} aut, tantum temporis ~~rem~~ quod
est res preciosissima impendere cogitasse, nisi
res admodum utilis foret? aut etiam eos tam
alienos ab humanitate fuisse ~~ut~~ ^{ut} quod si res
inuenta, fuisset ~~esse~~ inutilis aut incommoda huma-
no generi, eam uoluisset promulgare? Minime.

Præterea non uideo quomodo isti noui qui eam uidentur
contemnere, & nihili facere, sint pares uel grauitate, uel
iudicio, uel auctoritate, uel doctrina, ut uiris antiquis, qui ei
arti studuerunt atq; in hoc ut alios allicerent ad idem
studium, atq; multos socios sibi asciscerent, scolas edificarant,
preceptores nutrierant, et ipsi summo studio eidem opera
dabant. Quam enim multe scolas in Grecia constituta
erant non solum a regebus, sed etiam a liberis
ciuitatibus ad eam artem propagandam, ita cognitum
unicuique est uestrum, ut mihi opus non sit demonstratio=
nis magis amplæ. ~~Inter~~ Inter illos etiam, omnes iuuenes
qui ullam operam literis dabant, studebant mathema=
ticis scientiis, uidelicet Astronomiæ, Geometriæ, & Arithmeti=
cæ, has etiam cum alijs quatuor liberales, uidelicet
dignas uim libero dicebant. Quare cum hi uiri tanti,
tot, tam eruditi, tanta auctoritate, tantaq; grauitate,
Astronomiam (ut digna est) in magno precio habuerint,
in ea soleant instruere iuentutem, eam notorissimè
bus præstantissimis appellare, stultæ, ineptæ atq; reme=
faciant in quidem, qui Astronomiam nulli rei esse
usui affirmant. Si enim nihil aliud inesset in
hac arte nisi quod animam tranquillam & pacatam
reddat, cupientem omnium rerum cognitionem adhi=
bere, nihilq; sibi ignotum esse, nil latere, tamen uile
non immerito appellari debet, quia eam implet illeam
naturalem, & bonam cupiditatem mentis, auentis omnia
cognoscere, eaq; modo ei satisfacit. Si uero esset ars
quæ in omnib; rebus incerta atq; uaria existeret,
tum aliquam causam forte, aut ~~rationem~~ ^{saltem} aliquam
pretextum ueritatis habere possent. Sed cum sit ars
omnium certissima & uerissima, (quid enim certius

quam cursus stellarum, planetarum, & caelorum; ceterarumque rerum quas Astronomia nobis commendat?) non recte faciunt qui in eam tantum vituperium conijciunt. Adhuc omnes artes quae gloriam dei propagant inter homines, ~~multa ut est praestantior~~ non temere appetantur utiles. Hoc enim est summum bonum hominis ut deum cognoscat & cognito adherat. Sed Astronomia indicat opera dei, ex quibus patet hominibus Coeli enim (ut David dicit in suo Psalterio) enarrant & patefaciunt caelestem, & invisibilem, & immarcescibilem gloriam dei, utq; ipsis terrae suam potentiam. Paulus etiam in 1^o capite & in epistola sua ad Romanos dicit gentes quaequam profecto non norant deum, tamen ^{cognov}isse deum ex suis operibus. Quo magis autem discimus Astronomiam eo magis admirabilia esse dei opera comperiemus. Praeterea homines cum optimae Republicae magna ex parte consistant ex mercatoribus & agricolis, Astronomia non parvam utilitatem in eis beneficio afficiendis Republicae affert. Agricola enim cognoscens tempestates, quae verisimile est futuras quietas, aliasque perturbatas, potest opportune terram seminare, arare, metere, & in horrea adducere, cum metes his diebus sepiissime per ignorantiam Astronomiae, ceterarumque artium & etiam similitum tempestate, pluvia, tanitru, interdum etiam siccitate multae fruges consumantur, & perdantur. Mercator vero sine cognitione stellarum, nullo modo nave suam recta dirigere, neque gubernare potest. Omnes enim illi secundum astrorum motionem suas naves gubernant. Quare cum omnis cognitio sit naturalis, & donum dei insitum in cordibus humanis, ne cesset cum ingenia inventorum & augentium Astronomiam fuerint divina, cum sit ars liberalis, veritatem demonstrat, satisfaciatur cupiditati mentis cunctis omnia cognoscere, cum denique utilis sit & agricolis, & mercatoribus, gloriamque dei demonstrans toto orbi, primum est non esse inutilem corpori, animo, & Republicae. Dicit